

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipuorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Iohannes Isenmannus]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

Nicodemus Frischlinus his eum
maectat encomiis: (h)

Qualis enim quantusque olim pietatis in armis

Aulberus fuerit, fama recenset anus.

Nempe COMES MAGNI FIDUS fuit ille LUTHERI

Reutlingæ sanctas pascere jussus oves.

Non illum rabies Italorum insana luporum

Terruit: infracti mens erat aqua Viri.

AULBER hic in toto jam pridem innotuit Orbe,

Casurum nullo tempore NOMEN habens.

JOANNES ISENMANNUS, Gene- *Cl. 1548.*

ralis Superintendens Tubingensis & *Ob. 1574.*

Abbas Anhusanus Evangelicorum primus,

ortum suum debet Halæ Suevorum Imperiali. Li-

teris in Scholâ Patriæ excultus in Academiam Hei-

delbergensem ulteriorum profectuum causâ se con-

tulit. Ex quâ in Ministerium Halæ obeundum 1525.

revocatus & Johanni Brentio in Collegam datus,

quem in Opere Reformationis dextrè & constanter

adjuvit, & in periculis Collegiali fide prosecutus est.

Sed & ipse passionum Christi particeps factus ob re-

pudiatum à se Religionis Intermisticæ decretum, pa-

triâ extorris factus in Wirtembergiam venit. A. 1548.

ubi primò Pastor Uracensis constitutus est, in cujus

ædibus J. Brentius aliquandiu delituit. Inde Tubin-

gam provectus Antistitem Ecclesiæ & Generalem

Superintendentem per aliquot annos egit; Tandem

rudis vice Monasterii Brenz Anhusani (quod ut re-

liqua Ducatus Wirtembergici Claustra in Scholam

D 3

trede-

(h) *Eleg. libr. 8. Eleg. 2. It. libr. IV. Eleg. 1.*

tredecim Alumnos sustentantem conversum erat,) Abbatiam An. 1558. suscepit. Generum ex filiâ Catharinâ consecutus est J. Brentium modò laudatum An. 1551. ex qua 12. vidit nepotes. Vir pietate & eruditione insignis, variarumque linguarum peritus, cujus ferream patientiam & reliquas dotes celebrat Nic. Frischlinus. Anno 1551. d. 4. August. Salzam cum Beuerlino Confessionis Evangelicæ causâ proficisci iussus. An. 1557. mense Augusto à Christophoro Duce unâ cum Jacobo Andrea Francofurtum adductus est, ut de modo & formâ Colloquii Wormatiensis cum aliis Theologis deliberaret. An. 1561. Confessionem Wirtembergicam divisim cum J. Brentio, Beuerlino & Heerbrando operis, vasto volumine contra Petrum à Soto, Hispanum defendit. Unde Proverbium seu Diſterium illud, daß groſſe Buch von Tübingen orrum, D. Raithius conjectatur. Senio confectus ad meliorem vitam abiit. Anno 1574.

Nicodemus Frischlinus Eleg. Libr. IV.
de illo sic canit.

*Vir pietate gravis, senio confectus & ævo
Pectore qui magno maxima sæpè tulit.
Viribus infractus, tolerandis cladibus asper,
Damnaque jampridem doctus iniqua pati.
Unde Siderandrum vero cognomine Grajus
Hunc vocet, hoc ipso conveniente rei.
Ferreus est illi mentis vigor, altaque Virtus
Vel durum ferrum damna ferendo quatit.*

Divi-